Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26503
Copyright: Admont, Benediktinerstift

postea europam. Europa autem in tercia parte orbis divisa incipit a flumine
thanai descendens ab occasu per septentrionalem oceanum. usque in fines hispa-
nie. Cuius pars orientalis et meridiana a ponto consurgens. tota mari mag-
Scithia. no coniungitur. et in insulis gadibus finitur. Prima europe regio scithia inferior.
que a meotidis paludibus incipiens inter danubium et oceanum septentrionalem
usque ad germaniam porrigitur. que terra generaliter propter barbaras gentes quibus
inhabitatur barbarica dicitur. Huius pars prima alania est que ad meotidas
paludes pertingit. Post hanc dacia. ubi et gothia. deinde germania ubi
Germania. plurimam partem suevi incoluerunt. Germania post scithiam inferiorem
a danubio inter renum fluvium oceanumque conclusa. cingitur a septentrione et oc-
casu oceano. ab ortu vero danubio. a meridie reno flumine dirimitur.
terra dives virum ac populis numerosis et inmanibus. Unde et propter fecunditatem gig-
nendorum populorum germania dicta est. Gignit autem hircanias. quarum pen-
ne per noctem (noctе) lucent. Wisontas quoque feras. et uros atque alces pareunt (parturit). Mittit et gem-
mas. christallum et sucinum. callaicum quoque viridem. et ceraunium candidum. Due
autem sunt germanie superior iuxta septentrionalem oceanum. inferior circa
renum. Provinciarum autem quas danubius a barbarico ad mediterraneum ma-
re secludit. prima est missa. a messium proventu vocata. Unde et eam veteres
cereris horreum nuncupabant. Hec autem ab oriente ortius (hostius) danubii
iungitur. ab euro vero tracie. a meridie macedonie. ab occasu histrie
~~nuncupatur~~ (copulatur). Post misiam autem pannonia est. Inde noricus ager. frigidus et par-
ti fructuosius. Post quem rethie ferax frugibus que excipit galliam bellicam.
Tracia Tracie tiras iafeth filius nomen dedisse perhibetur. Alii a seuicia incolarum
traciam appellatam dixerunt. Huic ab oriente propontis et urbs constantino-
polis opposita est. a septentrione vero hister obtenditur. a meridie vero egeo
at mari adheret. ab occasu macedonia illi subiacet. Cuius regionem
persorum olim bersorum populis. massagete. sarmate. schithe. et alie plurime natio-
nes incoluerunt. Ampla est enim. ideoque plurimas continet gentes. Ebrum flu-
vium tercia fundit. que eciam gentes barbarorum plurimas fundit. Grecia
Grecia a greco rege vocata qui cunctam eam regionem regno incoluit. Sunt autem
provincie grecie. vii. quarum prima ab occidente dalmacia. inde